



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Index Librorvm Prohibitorvm Et Expvrgandorvm Novissimus**

**Sotomayor, Antonio**

**Madriti, 1667**

Prima Classis. In Qva Avctorvm damnatae memoriae Opera edita, &c. P

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-81432](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-81432)

## PRIMA CLASSIS.

IN QVA

AVCTORVM *damnate memoria Opera edita, &c.*

P

PALATINVS Kednadod.

Seu, *Kednadon, à Straßvich.* Germ. Theolog. Luther. August. confess.

PANTALEON Candidus.

Philosophus, &amp; Theologus, Historiog. Poëlog. &amp; Poëra, Luthero-Zuingl.

Eius Poëmatum expurgationem, vide tomo 2. Deliciarum Germanicarum litera D. 3. Class.

Item eiusdem *Bohemais*, hoc est, *de Ducibus Bohemicis*, libri duo, & de Regibus quinque, Argentorati 1590, & 1597. perimit.

Apponenda est initio nota damnati Auctoris, &amp; operis permiffi.

Item eiusdem *Gotiberis*, hoc est, *de Gotis per Hispaniam Regibus*, libri quinque. Argent. 1569. — In Titulo tamen apponenda est superior nota, Auctoris damnati & operis permiffi.Item eiusdem *Fabula*, centum & quinquaginta carminibus explicata. Biponti 1597. Francof. 1606. permittuntur, apponenda eadem nota.

PATRICIVS Coeburnus.

Sive, *Cocburnus*, Scotus, Theolog. Luther. & Professor Parisiens.Eius *de vulgari Sacra Scriptura phrasi*, libri duo, Parisijs, 1552. Ex officina Roberti Masselin. atq; iterum Parisijs, apud Ioannem Caveiller, 1558. in qua editione accessit, *appendix nova*, & Tabula eodem Auctore descripta.

In prima libri facie inturenda est Coeburno nota damnati Auctoris, &amp; operis cum

expurgatione permiffi. — Ex libro primo in Praefatione, ante caput primum, nu. 16. fol. 6. pag. 2. post illa verba, *ignoscant infirmis*, dele 7. lin. usque ad illa verba, *quādo enim*, exclus.Cap. 5. fol. 2. 4. pagin. 1. num. 61. post illa verba, *exilio factus*, dele 14. lin. usque ad illa verba, *tunc dicit*, exclus. — Cap. 8. fol. 30. pag. 2. num. 81. ubi legitur, *spem esse resipiscencie*, dele vocem *resipiscencie*, & substitue, *penitentia*. Quod praestandum est, ubi similis vox occurrerit, ut cap. 12. fol. 36. pag. 1. num. 92. Et eodem cap. 14. fol. 54. pag. 1. ubi legitur, *resipiscenti venia*, scribe, *penitenti*. — Ex libro secundo cap. 14. fol. 94. pag. 1. num. 78. post illa verba, *est ea remitti*, dele duas lineas, usque ad illa verba, *nolle illorum*, exclus. — Cap. 30. fol. 135. pagin. 2. ad finem nu. 157. post illa verba, *& de pauperibus*, dele 3. lin. usque ad illa verba, *se adolescens ille*, exclus.

PATRICIVS Hammilton.

Scotus, Theolog. Lutheran.

PATROCLVS Romelingius.

Rhuinensis, ex Subscriptoribus concilii buli Dordrechtani.

PAVLVS Blotius.

Theolog. Luthero-Zuingl.

PAVLVS Bolduanus Stolpa.

Pomeranus, Theologus, &amp; Historic. Luth.

Eius *Bibliotheca Theologica*, sive, *Elenchus Scriptorum Ecclesiasticorum, qui doctrina controversa capita*, ac locos communes

Z z z 2 Theo-



*Theologicos conscripserunt*, &c. Lipsiæ, ex-  
cudebat Ioannes Gluck. 1622.

In prima libri facie, post appositam no-  
tam damnati Auctoris, & operis, cum ex-  
purgatione permitti, dele lineam sequentē  
post Auctoris nomen, *Ecclesia Christi, quā  
Vesini sibi collegit*, &c. — Fol. 2. dele in-  
scriptionem, quæ incipit, *Reverendis, huma-  
nissimis*, &c. & notationem marginalē,  
*Ecclesiarum Pastoribus*, &c. & substitue,  
*sectarijs damnate memoriae*. — Et post no-  
menclaturam illorum, dele integram in-  
scriptionem dedicatoriā, quæ incipit, *Syn-  
odo Rugenwaldianæ*, &c. usque ad, *salutem*,  
exclus. cum tota epistola, seu præfatione,  
quæ est, *de dignitate, antiquitate ministerij  
verbi reconciliationis*, &c. quæ constat se-  
decim folijs.

EIVSDEM Bibliotheca sive, *Elenchus Scrip-  
torum, qui in sacros Biblicos libros, Veteris  
ac Novi Testamenti commentati sunt*, &c.  
Ienæ apud Ioannem Weidnerum 1614.

In prima libri facie, apponenda nota so-  
lita Auctori & operi. — Fol. 2. dele da in-  
scriptio dedicatoriā, & pro nota margina-  
li, *Ecclesiarum pastoribus meritis*, sub-  
stitue, *sectarijs damnate memoriae*. — Præ-  
terea delenda alia Epistolæ inscriptio, quæ  
incipit, *Synodo Diœceseos*, usque ad, *gratiam  
ac pacem*, exclus. — Et pag. 2. eiusdem Epi-  
istolæ, initio, post illa verba, *illustrari queat*,  
dele quinque lineas, usque ad, *unde Mat-  
thæus*, exclus. — Et inferius, ad medium  
pag. dele tres lin. §. qui incipit, *Quod sanè*,  
usque ad, *inter hos*, exclus. — Et pagin. 4.  
parum ab initio, in §. qui incipit, *Ceterum  
quod*, dele, *Christianam nostram religionem*,  
*omnibus viribus diabolico planè furore inse-  
ctantes*. — Et pag. 6. post initium, & illa  
verba, *Apostolorum retinuerunt*, dele 14. li-  
neas, usque ad, *quarum rerum*, exclus. — Et  
pag. 7. linea 5. post illa verba, *quarum pri-  
ma*, ut, dele 6. lineas, usque ad, *calcar adde-  
rem*, exclus. — Et pag. 9. fine, post illa ver-  
ba, *minimè dubito*, dele 5. lin. usque ad, *da-  
bantur Poleopoli*, exclus. — Postea præcide  
quinque folia immodicarum laudum Bol-  
duani, plena annagratismis, & poematis  
aliorum Sectariorum. — Fol. 1. pagin.  
1. sub Titulo, *Versiones Bibliorum*, post sex  
lineas, & illa verba, *prima, & antiquissima  
est*, dele septem lineas, usque ad, *Hinc Gra-  
tians*, exclus. — Fol. 4. pag. 1. sub Titulo,  
*exemplaria Bibliorum*, post illa verba, *hæc  
profuerunt*, dele lineam usque ad, *plurimum*,  
cum tum, exclus.

EIVSDEM Bibliotheca Philosophica  
*Elenchus Scriptorum Philosophorum, &  
Philologicorum*, &c. — Accellerunt Cas-  
ci, &c. Ienæ, apud Ioannem Weidnerum  
1616.

Post appositam notam Auctoris, & operis,  
dele in ipsa prima libri facie, ad finem  
*Ecclesiæ Christi, quā Vesini sibi collegit*, &c.  
— Fol. 2. dele inscriptionem dedica-  
toriā, usque ad, *salutem gratiam*, &c.  
Pag. vero 2. paulò ante finem, post illa ver-  
ba, *quantum mutatus ab illo*, dele 14. lin.  
usque ad initium pag. seq. post 6. lineas  
verba, *quid igitur boni*, exclus. — Et  
pag. 2. lin. 5. post illa verba, *primatus  
ita sunt*, dele 2. lin. usque ad, *in quibus  
tuis*, exclus. — Et post 4. lin. dele vocem  
*remanijs*. — Et in fine paginæ lin. 4.  
post illa verba, *Institutio efficit*, dele  
lin. usque ad medium pag. seq. & §. *Con-  
perfundor*, exclus.

EIVSDEM Bibliotheca Historica, sive,  
*Elenchus Scriptorum Historicorum, &  
Geographicorum*, &c. cum Præfatione, de *disputa-  
te, dignitate, necessitate, incunctis, u. Al-  
thodo historicarum*. Lipsiæ, excudebat  
Friderico Lanckisio, 1620.

In prima libri facie, post adhibitam no-  
tam Auctori, & operi, dele, *Ecclesiæ  
Christi, quā Vesini sibi collegit*, &c. —  
Fol. 2. pag. 1. in inscriptione dedicati-  
ci ad medium, post illa verba, *parentum  
nissimis*, dele, *Ecclesiæ Christi*. — Et præ-  
terea expunge reliquum inscriptionis  
num immodestis honoribus, quod incipit  
*Amplissimis*, & *consultissimis*, &c. per  
lineas.

Ex præfatione vero, pag. 2. dele totam  
§. constantem 9. lin. qui incipit, *Ad quæ  
enim*, &c. — Et pagin. 11. lin. 5. ab initio,  
dele vocem, *Apocriphi*. — Ex inferius, ad  
medium, post illa verba, *Levitam præfat  
in Masoreth*, dele 8. lin. usque ad, *Fl. 10-  
phus*, exclus. — Fol. vero 24. eiusdem præ-  
fationis pag. 1. quæ incipit, *Prima etiam*, post  
medium, & post illa verba, *tempus compre-  
hendit*, dele 3. lin. usque ad, *hic etiam mi-  
di*, exclus. — Deinde post alia duo folia  
2. quæ incipit, *Quia verò illustrissimum ad  
finem*, post illa verba, *indigno vultu  
dele, inque aulam celestem undique in-  
tum*, placidissime migrasse. — Et pag. 1.  
§. *At de novis patronis*, post illa verba, *ad  
de causa invidendam*, dele 3. lin. usque ad  
conatus meos, exclus. — Et paulò inferius  
§.

INDIC  
Librorum  
PROHIBIT  
E V  
= 4.



§. *Quarum prima, dele parenthesim, quorum animæ sint in fasciculo viventium.* — Et in pag. sequenti, quæ incipit, *Sed inensi, ut omit- tam, & c.* linea secunda, dele, & *doctrinæ cæ- lestis liberali institutione, usque ad, renatus, & reformatus, excl.* — Et iterum fol. seq. pag. 1. lin. 2. post illa verba, *amore, ardore- que, dele 4. lin. usque ad, historias tum sa- cras, excl.* — Et in eodem fol. pag. 2. post medium, & post illa verba, *eorum pro tempo- re, dele 2. lineas, usque ad, proveri possint, exclus.* — Et fol. statim sequenti, parum ab initio, post illa verba, *largissime recompen- savit, dele usque ad finem sequentis pag. & lineam 3. à fine, in illis verbis, tum igitur iam dudum, excl.* — Postea expunge Poë- mata omnia, quatuor folijs contēta, in lau- dem Auctoris, & operis, à Sectarijs quoque conscripta.

## PAVLVS Bushe.

Britannus, A postata ab Episcopatu, & Mo- nachatu, Lutheran.

Quæ scripta pia de *B. Virgine, de laude Crucis, & super Miserere, permittuntur, sed apponenda nota.*

## PAVLVS Cherlerus Elsterbur- genfis.

Germ. Poëta, & Theolog. Lutheran.

Eivs vero Poëmatum expurgationem, vide tomo 2. Delic. Germanicarum.

## PAVLVS Closius, Vratislaviē- sis.

Physicus Glacensis, de quo vide in Lauren- tio Scholzio, primæ Clasis.

PAVLVS Commodus, Britannus

## PAVLVS Constantinus, Phry- gio.

German. Theol. Calvin. & Historicus.

## PAVLVS Crellius.

Germ. Theol. Luther. August. confess.

## PAVLVS Crusius Coburgensis.

Germ. Histor. & Theol. Luth. Aug. confes.

Eivs liber, de *Epochis, seu, Eris temporū, & Imperiorum.* Basileæ, per Sebastianum Henrici Petri, 1578.

Præfigenda est initio nota damnati Au- ctoris, & operis cum expurgatione permis-

si, adhibita etiam simili nota Ioanni Tho- mæ Freigio, cuius opera hic liber editus est. — Sub Titulo, de *Epocha Niceni Con- ciliij*, p. 141. post illa verba, *Aprilis celebra- tur, dele 13. lin. usque ad illa verba, Cyclus Paschalis, excl.* — Pag. 146. 6. lin. post ini- tium, post verbum, *locupletavit, dele 2. lin. usque ad illa verba, Papa Dominus, exclus.* — Pag. 147. ad medium, post illa verba, *Italiae partem, dele 2. lin. usque ad verbum, Regnantibus, exclus.*

## PAVLVS Dafsipodius Ploensis.

## PAVLVS Dalscius.

German. Poëta, Polilog. Luther. Melan- thonianus.

## PAVLVS Didymus.

German. Poët. Luther.

## PAVLVS Dolschitus.

Vel Dolcius.

## PAVLVS Eberus Kytzingensis.

Germ. Theol. Historiograph. & Musicus Luther. August. confess.

## PAVLVS ab Eitzen, seu, Etzen.

Hamburgens. Philosoph. Ethicus, & Theo- log. Luther. August. confess.

Eivs *Rudimenta Dialecticæ, & Doctri- na Ethica.* Wittemberg. 1571. permittit: cum sua nota.

## PAVLVS Fagius.

Germanus, Lutheranus, Theologus, & Po- lilogus.

Eivs in Onkeli Thargum Annotation- nes, *Ex Thargum, hoc est, Paraphrasi Onke- li Chaldaica; cum Annotationibus Pauli Fa- gij,* Argentorati, 1546.

In libri prima inscriptione, ubi dicitur in *Latinum fidelissimè versas, dele, fidelissimè, & post illa verba, Auctore Paulo Fagio, ad- de, Opus Auctoris damnati hætenus prohibi- tum, nunc cum expurgatione permisum.* — Dele totam Epistolam Dedicatariam, & quidquid est ante præfationem ad Lecto- rem. — Ex Præfatione ad Lectorem, pag. 1. ante medium, ubi legitur, *Quod his po- stremis temporibus æternam voluntatem suam ex verbo suo, dele, His postremis temporibus, & ex verbo suo.* — Et paulò inferius, post illa verba, *Clementer nobis donat, dele us- que ad, Inter has linguas, exclus.* — In ea- dem

Zzz 3 dem



dem Præfat. pag. 3. ante med. post illud, *Largam Dei beneficentiam*, dele usque ad, & *licet multa cause*, exclus. — Post Præfat. p. seq. dele totum Epigramma Ioan. Sapid, quod incipit, *Si qui privatus*. — Gen. cap. 2. in Annotat. num. 16. post illa verba, *Persuasit ei, ut ingrederetur*, dele usque ad finem illius num. nempe usque ad, *Sustentaculum quod sit*, exclusivè. — Capit. 37. in Annotat. numer. 36. post illa verba, *Scripture locis manifestum est*, dele usque ad, *Re vera illum mortuum*, excl. — Et paulò inferius, post 10. lin. post illa verba, *Commendo spiritum meum*, dele usque ad, *Sepulchrum enim Hebrais*, excl. — Exod. cap. 9. num. 15. post illa verba, *Omnes fere nostri interpretes*, dele usque ad, *reddunt enim*, exclus. — Et dele etiam vocem, *enim*, & paulò inferius, post 6. lineas, & post illa verba, *Peribitis de terra*, &c. dele usque ad, *Cum certe iste locus*, exclus. — Cap. 12. num. 4. ubi legitur, *Locum obscure & confusè admodum*, dele, & confusè admodum. — Et paulò inferius, post 4. lineas, post illa verba, *occidi, & mactari*, dele usque ad, *Vas non semper*, exclus. — Cap. 29. num. 5. ad finem post illa verba, & sic de reliquis, dele usque ad finem num. scilicet usque ad, *Coronam sanctitatis*, excl. — Eod. cap. num. 26. ante finem, ubi legitur, *In Ecclesia Dei per fidem in Christum*, lege, *Per fidem vivam in Christum*. — Ex Levit. cap. 2. num. 13. ad fin. col. 2. post illa verba, *Tanquam sapidus cibus grata, & iucunda*, dele usque init. 4. col. ibi, *Christus appellat etiam Apostolos, & discipulos*, &c. exclus. — Et inferius, post 9. lineas, ad initium 4. col. ubi legitur, *Non propter personam, sed propter ministerium*, lege, *Non solum propter personam*. — Cap. 9. num. 4. ad finem, post illa verba, *Hactenus ex Machabeis*, dele usque ad, *Sed placet hic rursus*, exclus. — Cap. 10. num. 2. post initium, post illa verba, *Quod eis præceptum non erat*, dele usque ad, *Verum quia postea dicitur*, exclus. — Cap. 18. num. 5. post initium, post illa verba, *futura, & perpetua vita*, dele usque ad, *Ad revelandam*, exclus. — Eod. cap. 18. num. 21. post medium, & post illa verba, *Id est incendebat*, dele nomen, *Monachi*, quinqueies repetitum in illa Annotatione. — Cap. 17. num. 2. post medium, post illa verba, *Absque virga Aharon*, dele usque ad, *Sentiunt Hebraei*, exclus. — Cap. 19. num. 9. parum post initium, ubi inquit, *Peccata tolli autumant*, dele, *Tollunt autumant*, & substitue, *Tolluntur*. —

Cap. 23. num. 21. ante medium, post illa verba, *Deus eius cum eo est, &c. delectatur*, dele usque ad, *Sensum habet*, exclus. — Cap. 24. num. 2. in fine, post illa verba, *Coniunctus est oculis*, dele usque ad finem numeri, id est usque ad, *Qui iacuit, & relevese*, exclus. — Cap. 30. numer. 2. parum ab initio, post illa verba, *Iurabis, &c. deus*, dele usque ad, *Verum tamen si verum*, exclus. — Ex Deut. cap. 5. num. 2. in fine, post illa verba, *Fœdus Patrum, & fœdus gale*, dele usque ad finem numeri, videlicet usque ad, *Verbum verbum*, exclus. — Cap. 7. num. 8. post illa verba, *Confirmat in his hedrim*, dele usque ad finem numeri, nempe usque ad, *Iuxta omnia*, exclus. — Cap. 17. in fine, post illa verba, *Sine mei, dele, error enim est, quod*. — Cap. 20. num. 6. post illa verba, *Quod Deus ipsa peliverit, sed per manus Angelorum*, dele usque ad, *Iudas Apostolos*, exclus.

EIVSDEM Exegesis, sine capitulo de Etionum Hebraicarum in quatuor Cap. Gen. Isue, 1542.

In prima Operis inscriptione, post illa verba, *Per Paulum Fagium, additum damnatum, cum expurgatione permittitur*. — Pag. sequenti, dele Epigramma Galpæi Heldelini, quod incipit, *Sine*, &c. — Cap. 1. super illa verba, *In imagine vestri*, pagin. 28. post medium, dele, *per Paulum Christum*. — Cap. 2. super illa verba, *vapor ascendebat*, pag. 41. initio, ubi legitur *R Saadiach pie memoria, dele, pie memoria*. — Eodem cap. super illa verba, *fama ei adiutorium, &c.*, pag. 60. ante finem, ubi legitur, *non satis expressit vocem*, dele, *non satis*. — Cap. 3. super verbum, *cedit*, pag. 73. parum ab initio, post illa verba, *quam ut illam nobis*, dele usque ad, *namus*, exclus. — Cap. 4. super illa verba, *Maiores iniquitas mea*, pag. 138. post medium, dele illa verba, *Non enim illum Evangelium audit*.

EX eiusdem versione & Scholiis in tentias verè elegantes quas, *Particula*, id est, *Capitula*, aut si mavis, *Appropinquata Patrum*, nominant, Iluz in Algeris 1541.

In prima libri inscriptione, post illa verba, *studiorum Lingue sanctæ*, adde, *quæ Pauli Fagij, Auctoris damnati, hactenus prohibuitur, cum expurgatione permittitur*. — Post Epistolam Dedicatorem, dele Epigramma Conradi Hircij, quod incipit, *Algramur Læconis*. — Cap. 2. S. Rabbi Camer

INDIC  
Libroru  
PROHIBIT  
E. V.  
= 4.



*liel in Scholio*, pagin. 19. post medium, post illa verba, *aliorum labores vorant*, dele usque ad, *qui funguntur*, exclus. — Eodem cap. §. *Ipsi dixerunt*, pag. 34. post medium, ibi, *atque respisce, die uno, &c.* pro, *respisce*, repono, *penitentiam age*, & ibi, *exhortatio est ad respiscientiam*, repono, *ad penitentiam*. — Et iterum initio seq. pag. 33. lin. 4. ibi, *Meditandum respiscientiam*, pro, *respiscientiam*, repono, *penitentiam*. — Cap. 3. §. *Rabbi Eliezer*, pag. 77, ubi legitur, *respiscientia post malefacta*, dele, *respiscientia*, & substitue, *penitentia*.

EX eiusdem Versione in Tobiam Hebraicæ, quæ cum sententijs Ben-Syræ, & Commentarijs eiusdem Pauli Fagij circumfertur. *Isaæ*, 1542.

Post titulum, adde, *Paulus Fagius, Auctor damnatus, &c.* — In Epistol. Dedicat. Gaspari Hedelmo, pagin. 2. ante medium, lin. 6. ubi legitur, *succinctus, & solidius habentur*, & post verbum, *habentur*, dele usque ad, *Tobie enim*, exclusivè. — In eadem Epistol. in fine, pag. 3. & initio pag. ultimæ, dele, *eoque Apocryphos*.

EX eiusdem Versione in librum Fidei, sine impressoris, aut loci nomine, & anno, quæ circumfertur cum Ben-Syræ Sententijs, & eiusdem Pauli Fagij Commentarijs. *Isaæ*, 1542.

In prima Operis facie, post illa verba, *in celis excelsis*, adde, *Paulus Fagius Auctor damnatus, liber verò hic cum expurgatione permissus*. — Ex Epistol. Dedicat. in fine pagin. 3. post illa verba, *Inchyti Ducis Bavariæ*, dele usque ad illud pagin. sequent. post medium, *quid vero Masius noster*, exclusivè.

EIVSDEM versio in librum *Elia Levita Opusculum recens Hebraicum*, cui titulum fecit, *Thesbites, &c.* *Isaæ* in Algavia, 1541.

In prima libri facie, adde, *Paulo Fagio, superiorem damnationis notam*. — Et deinde expungatur eiusdem tota Epistola ad Wolphangum.

EIVSDEM versio & Commentarius, in *sententias morales Ben-Syræ*. *Isaæ*, 1542.

Post appositam solitam notam expunge Dedicatorem Epistolam ad Heldevinum.

PAVLVS Florenius,

PAVLVS Frisius.

Nagoldanus, Germanus, Theologus, Luther. August. confess.

PAVLVS Grashevius.

PAVLVS Godefridus. Ph.

Germanus, Lutheran.

PAVLVS Ienifius. P.

PAVLVS Irenicus.

Theolog. Lutheran.

Ilsefeldensis Pastor, vide in Francisco Irenico 2. Classe.

PAVLVS Ioannes Alciatus.

PAVLVS Iringius.

PAVLVS Keinerius.

Seu, Kemerius, Theolog. Luther.

PAVLVS Kemnitius. Th. L.

PAVLVS Krugerus. P.

PAVLVS Laurentius.

P. Theol. Luth. August. Confessionis, Ienensis Professor.

PAVLVS Melissus Schedius.

German. Poeta, Lutheran.

EIVS Poematum expurgationem, vide tomo 4. Deliciarum Germanicarum.

PAVLVS Merula.

Hollandus, Dordracenus, J. C. Cosmographus, & Historiarum Leydenfis Professor, Calvinista.

EIVS *Cosmographia generalis*, libri tres, ex officina Plantiniana Raphelengij 1605. Et *Geographia particularis*, libri quatuor.

Adscribe in prima libri facie Paulo Merula notam Auctoris damnati, & operis cum expurgatione permissi.

EX PARTE PRIMA COSMOGRAPHIÆ.

Lib. 1. cap. 2. initio pag. 2. dele, *Auctore denique Epistola*. — Et paulò inferius, dele, *quorum curiosa*, usque ad, *alijs alio modo*, exclus. — Cap. 3. pag. 8. ad medium, dele, *inquit Auctor Epistola*. — Cap. 4. p. 17. lin. 13. dele, *Auctor Epistola*. — Et p. 20. ad finem §. *Ex his quæ dixi*, dele, *impropiè*. — Cap. 11. pag. 40. linea 11. pro, *Auctor Epistola*, scribe, *Paulus*. — Lib. 2. cap. 16. pag. 74. lin. 14. dele, *Auctor Epist.* — Et pag. 197. §. *Cusib.* linea 7. ipsius §. dele, *alijs nunc*, usque ad finem paginæ. — Cap. eodem pagin. 209. §. *Quemadmodum*, lin. 8. ipsius §. dele, *quod bene notat Guilielmus Postellus*.

Z z z 4

Ex



## EX PARTE SECUNDA COSMOGRAPHIÆ

Lib. I. cap. 8. lin. 5. pagin. 27. dele, cum multis alijs, usque ad sic inquit, exclus. — Cap. 15. pag. 420. sub initium, post illud, Petrus Daniel, & dele usque ad, Guilielmus Camdenus. — Et pagin. 431. linea 9. dele, vir nobilissimus, usque ad, lingua nunc, exclus. Et loco expunctorum, substitue, Scaliger. — Cap. 18. pag. 444. lin. 4. post, Scaligeri, dele usque ad, cuiusque ea de re, exclus. — Cap. 28. pag. 583. lin. 5. ante finem, dele, vel eo nomine, usque ad, Iosephus Scaliger, exclus. — Cap. 19. pagin. 836. lin. 11. ante finem, dele totam parenthesim, Nam de donatione, &c. — Cap. 20. fol. 844. linea 16. dele totam parenthesim, Non loquor, &c. Et pag. 845. lin. 13. dele, illisque non, usque ad §. Proximi, &c. exclus.

EIVSDEM Merula, in Quinti Ennii fragmenta collecta, composita, illustrata. Lugduni Batavorum, ex officina Ludovici Elzevirij 1595.

Præfige notam damnati Auctoris, & operis cum expurgatione permisi. — In Epistola Dedicatoria, linea ultima, ubi legitur, Romani Episcopi, lege, Romani Pontifices Max. — In Præfatione ad Lectorem, pag. 5. post medium, dele nomen, Theodori Beza.

EIVSDEM in Willerami Abbatis Cantici Canticorum Paraphrasim geminam, addita explicatio, & notæ. Lugduni Batavorum, apud Raphelengium, 1598. permittitur.

Cum nota solita Auctoris damnati, & operis permisi.

PAVLVS Parvus Rosefontanus.

Danus. Scribebat pro sua gente Danica 1598.

PAVLVS Ritius Israëlita.

Phisicus, Lutheranus.

PAVLVS Schalikius.

Seu Schalichius, de lika, qui se nominat Comitum Hunnorum, & comilitonem perpetuum Regum Hungariæ Idem qui Paulus de la Schala, seu, Paulus Scaliger, Theolog. & Historic. ac Polilogus, Lutheranus.

EIVS Sermo de Scaligerorum origine, circumfertur cum Genealogia insignium Europæ Imperatorum Heilrichij Zeellij. Regiomonti, apud Ioannem Daubman. 1563. Permittitur cum nota solita. — Item eius Dialectica contemplativa, & Conclusiones

in omni genere scientiarum 1555. — Item, de Mundo Archetypo. — Et Encomium scientiarum. — Item, Encyclopedia. Basil. 1556. — Item, Occulta occultorum occultia. 1556.

PAVLVS Steinius, Adelphiensis. Ex Subscriptoribus Concilii Aboliti Dordrecht.

PAVLVS Stephanus. Genevensis. Philolog. Calvin.

PAVLVS Tossanus. Palatinus, ex subscriptoribus Concilii Aboliti Dordrechtani.

PAVLVS Vnicornius. German. Theolog. Lutheran.

PETREIVS Tiara. Frisius, Professor Franckeranus, & Lugdunensis, Philosophus, Medicus, & Physicus, C.

PETRVS Amelungius. German. Medicus, Chemicus, Lutheran.

PETRVS Artopzeus. German. Theolog. & Polilogus Lutheran. August. confess.

PETRVS Asilus. German. I. C. Luther. Aug. confess. Scribat contra Roman. Pontif. Francof.

PETRVS Baudocianus. Ph.

PETRVS Berexalus. Germ. Theol. Luthero-Zuingl. Scribat Adversaria de Religione, Basil.

PETRVS Berthault.

EIVS Casallum vis liberarum, sive bellæ Italici pro Mantuano Duce feliciter confecti, &c. Paris. apud Ioannem Libert, 1691. vel ex alia quacumque editione, prohi.

PETRVS Bernettus. S. L. H.

PETRVS Besodnerus. Libinienensis, Historiog. Theol. Calvin.

PETRVS Boffinus.

PETRVS Bochinus, seu Boquius. Professor Heidelbergens. & Genevensis. Calvinus-Zuingl. Theol.

INDIC  
Libroru  
PROHIBIT  
E. V.  
= 4.



PETRVS Brubachius.

PETRVS Carolinus.

Seu, Carolinus Pannonius, Minister Vardienfis.

PETRVS Carpentarius.

Gallus Philosoph. Calvinianus.

PETRVS Cassiodorus.

Italus.

PETRVS Chevalerius.

De quo vide in Antonio Cevalerio, 1. Claf. in cuius Rudimentis Hebraicis, sunt Annotationes Petri Chevalerij.

PETRVS Chlarke.

Anglus, Professor Oxoniensis. Wiclephi fectator.

PETRVS Cholinus.

Tigurinus, Helvet. vid. in Biblijs Roberti Stephani 1. Claf. & Vatabli 2. Claf. EIVSDEM cum Ioanne Frifio *Dictionarium Latino-German.* — Item de *Conspiciis*, libellus. Permittitur, cum sua nota.

PETRVS Cunaus.

Zelandus, Fliflingus, Leydenf. Profef. Calvin.

Eivs de *Rep. Hebreorum*, libri 3. Lugduni Batavorum, apud Ludovicum Elzevirium, 1617.

Præfixa initio libri nota damnati Auctoris & operis, cū expurgatione permiffi. ex præfatione ad Hollandic Ordines, post initium, & post ea verba, *Fundatoremque habet*, dele 2 lineas, usque ad illud, *Videbitis quid*, exclus. — Et in eadem Præfat. pag. 6. ad fin. ubi legitur, *Sanctissimi Patres*, dele, *Sanctissimi*. Post 5. lineas in seq. pag. dele, *Numinis benignitate*.

### EX LIBRO I.

Lib. 1. cap. 1. pag. 8. ad fin. post ea verba, *focordia cessat*, dele reliquū capitis. — Cap. 9. pag. 76. ante medium, dele, *miseras habitationes*. — Et pag. 79. post sex lin. & ea verba, *quem nominavimus*, dele 7. lin. usque ad illud, *sed nos ingenua*. — Cap. 14. pag. 130. post 4. lin. & ea verba, *sacerdotale appellatur*, dele 11. lin. usque ad illud, *ita ministerium*, exclus. — Et pag. 134. ipso initio, post præcedentia verba, in capite septimo, dele sex lineas, usq; ad illa verba, *utiq;*

*si ad alias gentes*, exclus. — Deinde pagin. 135. post medium, & post illa verba, *probari hercle potest*, dele sequentes octo lineas, usque ad illa verba, *hoc iniquum*, exclus. — Cap. 15. pag. 139. ad medium, post verba illa, *in speciem Regni esset*, dele lineam usque ad, *animum vastum*, exclus. — Cap. 17. pag. 158. dele extrema verba Summarij, *nimis imprudenter in ista inquiri*. — Et in fine capitis, dele extremas tres lineas, post illa verba, *relictum admirationi est*.

### EX LIBRO II.

Cap. 4. pag. 197. initio Summarij, dele, *contra Divum Augustinum*. — In ipso cap. pag. 198. post medium, post illa verba, *sinē Sacerdotibus*, dele tres lineas, usque ad illud, *Ac Sigonius*. — Pagin. 202. ante medium, dele, *in magno errore versatus*. — Cap. 5. pag. 204. dele ex Summario, *Item eius qui librum 1. Machabæorum scripsit*. — Et in ipso capite pag. 204. ad finem, ibi, *inconsulta Augustini*, &c. dele, *inconsulta*. — Et pag. 211. ante medium, post illa verba, *fuerat prius*, dele septem lin. usque ad illud, *sed in hac divertere*, &c. exclus. — Cap. 17. pagin. 278. post medium, post illa verba, *humana imbecillitas*, dele tres lineas, usque ad illa verba, *Talmudicorum*, exclus.

### EX LIBRO III.

Cap. 1. pag. 369. ex Summario, dele, *error Hieronymi*. — Eodem cap. pagin. 373. ante medium, ubi legitur, *prima esse debet fides*, dele, *prima*. — Et eod. cap. pag. 376. ad medium, post illa verba, *quod esset inexpugnabile*, dele 7. lin. usque ad illa verba, *clausus enim*, &c. excl. — Et eod. cap. pagin. 378. post medium, & post illa verba, *recepta sententia debet*, dele sex lineas, usque ad, *pulchrè ait Moysi*, excl. — Eodem cap. seq. 379. post initium, post illa verba, *Rex esto*, dele tres lineas, usque ad, *in Epistola ad Hebraeos*, exclus. Et pag. seq. 380. post tres lineas, ab initio, & post illa verba, *utrumque spectavit*, dele tres lineas, usque ad, *nobis constat*, exclus. — Et post alias quatuor lineas, post illa verba, *perdidicerat Hebraismus*, dele alias quatuor lineas, usque ad, *rationem quidem*, excl. — Eodem cap. pag. 382. lin. 5. ubi legitur, *quare deceptus*, pro, *deceptus*, lege, *suasus*. — Et p. 392. ad med. dele illa verba, *quod si verum non est*. — Cap. 3. pag. 396. dele Summariū capitis, quod incipit, *Sententia nostra*. — Deinde de-



deleatur initium capitis, quod excurrit usque ad p. 397. ad finem, usque ad illa verba, *luculenta est Epistola*, exclus. — Deinde pag. 398. in fine, post illa verba, *innovandi libido*, dele, paginam integram, usque ad finem, pag. 399. & illa verba, *de Melchisede cho nusquam*, exclus. — Pag. 400. post medium, post illa verba, *nisi hominis intelligi*, dele sequentia usque ad finem capitis, & expunge intermedia omnia folia, usque ad capit. 4. exclus. in pag. 427. — Cap. 5. pagin. 449. post illa verba Summarij, *qui preputia reducunt*, dele totum reliquum summarij. — Pag. 451. ad finem, dele illa verba, *que aliorum nunquam assecuta esset industria*. — Eodem cap. 5. pag. 460. ante medium, post illa verba, *sue cause autumat*, dele octo lineas, usque ad illa verba, *Ita per magnum*, exclus. — Et eodem cap. pag. 464. post quatuor lineas, & illa verba, *mundationem animorum*, dele duas lineas, usque ad, *ceterum, quod dixi*, exclus. — Et eodem cap. pag. 467. post medium, & post illa verba, *persecuti pleraque sumus*, dele reliquum capitis. — Et eodem cap. pag. 504. post medium, & post illa verba, *tota est mystica*, dele sex lineas, usque ad initium pag. 505. & illa verba, *sed breves esse*, exclus. — Et pag. 507. in fine, post illa verba, *alia res est*, dele sex lineas, usque ad illa verba, *Origenes maximus*, in pag. 508. exclus. — Cap. 9. pagin. 523. ad medium, ibi, *Scriptor Epistole ad Hebræos*, pro, *Scriptor*, substitue, *Paulus*. — Et pag. 527. post initium, dele, *aut quocumque nomine appellandus is auctor est*. — Et pagin. 527. post medium, dele, *scriptor Epistole*.

Ex summarijs verò capitum, quæ toti operi in indiculo præmittuntur, dele ex lib. 2. cap. 4. *Contra D. Augustinum*, atque. — Ex lib. 3. cap. 1. dele, *Error Hieronymi*. — Ex cap. 3. dele, *Sententia nostra de Melchisede cho contra communem, receptamque sententiam confirmata*. — Ex cap. 5. post illa verba, *Qui preputia reducunt*, dele quatuor lineas usque ad, *Cur circumcisio*, exclus.

EIVSDEM Satyra, *Sardi Venales*, seu, *Sardi Venales*, Satyra Menippea in huius sæculi homines plerisque ineptè eruditos. Lugd. Batavorum 1617. & 1620. ex officina Iacobi Marci.

Post adscriptam notā damnati Auctoris, & expurgandi operis, in ipso initio, in fine Præfationis, quæ habetur in editione 1617. & incipit, *Omnes homines, qui*, &c. dele illa verba, *ac de ipsis quoque Theologis*,

& similiter in Præfatione ad Lectorem paulò post medium, dele, *Pro Theologis*. Et ut semel dictum sit dele voculas, distinguere videtur, nimirum pag. 68. ad finem, & pag. 70. ad finem, dele, *Dum Theologorum milias perrepto*, pag. 72. *Theologorum*, ni. — Pag. vero 77. ad finem, post unum versiculum, *Percurrere nomina possum*, dele 20. lin. usque ad pag. 78. paulò ante finem in illis verbis, *Equidem fortuna in vita*, exclus. — Pag. 79. post medium, & post illa verba, *honoribus colebatur*, dele septem decim lineas, usque ad med. pag. 80. in illis verbis, *Est enim agri*, excl. — Pag. 81. in fine, post illa verba, *animorum inclinationem*, dele decem lineas, usque ad initium pag. 85. & illa verba, *Ceteri quoque*, exclus. — Pag. 93. ad medium dele illas duas lineas, *Quis enim non meminit ad hæc sacra se adaptum esse sequi naturam*. — Pag. 94. ad finem, post illa verba, *quoniam*, dele quinque lineas, usque ad initium pag. 96. & illa verba, *Illic non est*, excl. — Pag. 106. initio, post illa verba, *Emendat*, dele septem lineas, usque ad, *Hic Menippus*, exclusivè.

EIVSDEM D. Iuliani Imperatoris Colles, sive Satyra in Romanos Imperatores, interprete P. Cunæo. Lugduni Batavorum, ex officina Iacobi Marci, 1620.

Expunge totam integram Præfationem in Iulianum, quæ continetur à pag. 117. usque ad pag. 132. exclus.

EIVSDEM *Animadversum liber in Nonni Panopolite Dyonisiaca*, cum præfatione, quæ incipit, *Postquam in Græcia*. Hænotypis Wechelianiis 1610. cum quo circumferuntur etiam *Dissertatio Danieli Heinsij, & Nonni Paraphrasis, & Iulij Scægeri coniectanea*.

Ex pag. 143. num. 736. ad medium, & pag. dele, *Sæpe laudi est mentire*.

PETRVS Cypræus, I.C.

PETRVS Dalbifius.

Seu, *Dalbifius*, seu, *Dalbifius*, Germanus Lutheranus.

PETRVS Dasipodius.

Natione Helvetius, Luther.

EIVS *Lexicon Græco-Latinum*, Argentor. 1539. apud Richelium.

EIVSDEM *Dictionarium Latino-Germanicum, & Germanico-Latinum*. Argentorati, excudebat Wendelinus Richelius, 1544. Petrus

INDIC  
Libroru  
PROHIBIT  
E. V.  
= 4.



Permittuntur apposita Auctori damnationis nota, & permissionis, operi.

PETRVS Dathenus.

German. Lutheran.

PETRVS Denaisius.

Seu Denarsius, I. C. Lutheran.

PETRVS Dersdrensis.

Seu Dresdensis.

PETRVS Dillerus.

PETRVS Dogninus.

PETRVS Ferrariensis.

PETRVS Gedircus, P.

PETRVS Gedultig.

Seu Patiens, German. Theolog. Luther.

PETRVS Glasser.

German. Minister Dresdensis, Theolog. Luther.

PETRVS Hafritius.

PETRVS Hegelundus.

Seu Hegelmundus, Danus. Ripensis, Theol. & Polit. Luther. Melancth.

Eius Epitome Orthographiae Aldi Manutij Compendiolum. Antuerpiae 1597. permittitur apposita nota Auctori, & operi.

PETRVS Heigius.

I. C. & Theol. German. Luther. Augustan. confess. scribebat Wittembergae 1602. quaedam Theologica.

EXEIVSDEM Quaestionum Iuris, tam Civilis, quam Saxonici Petri Heigij Stralsundensis Pomerani, priori, & posteriori parte, Editis nunc primum cura Ludovici Person, typis Laurétij Seuberlich, anno 1606.

In prima operis inscriptione, post illud, Iurium Professoris, adde, Auctoris damnati. — Deinde post illud, & duplici indice, adde, prohibita, cum expurgatione vero permixta. — Pag. 2. post inscriptionem Operis expungatur effigies Auctoris, & duo carmina subiecta. — Deinde deleatur tota Epist. Dedicat. Ludovici Person, cuius initium, Agitur iam sesquiannus, &c. cum inscriptione eiusdem Epist. — Post Episto-

lam deleantur tria, quae sequuntur, Epigrammata in Auctorem, & opus cum suis inscriptionibus. — Quæst. 1. pag. 11. initio, §. *Vi non iniuria*, num. marg. 17. post illud, *Testament. num. 22. dele usque ad, Guido Pancirol. in Comment. exclus.* — Quæst. 2. pag. 47. §. *Sanè non obligantur*, num. 86. ibi, *Te ste post Lutherum, Albino*, dele, post *Lutherum*. — Quæst. 3. pag. 48. in num. 2. post illud, *motibus, & tumultibus*, dele usque ad, *concitatis*, exclus. — Eadem quæst. pag. 55. §. *Esque tam pervulgata*, num. 13. post illud, *Misn. par. 1. c. 16. dele usque ad, Simon Schard. d. lo. c. 1. exclus.* — Eadem quæst. pag. 59. §. *Hi commodè*, num. 56. post illud, *Schard. d. cap. 4. dele usque ad, ubi Imperator*, exclus. — Quæst. 4. pag. 67. nu. 1. post illud, *de Orig. de Electo*, dele usque ad, *suas coniecturas*, exclus. — Quæst. 5. pagin. 76. Summario 1. ibi, *Neque Imperatoris, neque Pontificis sanctione*, dele, *neque Pontificis*. — Ead. q. p. 78. n. 1. ibi, *Imperatorum, & Pontificum sanctione*, dele, *Pontificum*. — Ibidem paulò inferius, ibi, ubi ait, *neque Pontificem, neque Imperatorem*, dele, *neque Pontificem*. — Quæst. 7. p. 106. §. *Possè in eandem*, n. 56. paulò inferius, post illud, *Iehova Deus est in quo*, dele usque ad, *vigent litterarum, & armorum*, excl. — Quæst. 8. p. 114. §. *De his antiquam*, n. 6. post illud, & seq. 190. & seq. dele usque ad, & *Albin. Chron. Misn. excl.* — Quæst. 11. p. 166. §. *Eat igitur nunc*, n. 60. post illud, aut comparandum, *tranquillitatem*, dele usque ad, *Reipublica, toti Germanie*, exclus. — Quæst. 12. pagin. 177. §. *Nec pro fidei* num. 47. dele ab initio, §. inclus. usque ad illud, num. 51. *Non etiam satis est cum Pontio*, exclus. — Quæst. 18. pagin. 252. §. *Inter cetera*, num. 10. post illud, *effundere licere putent*, dele usque ad, *Renat. Choppin. de doman. lib. 1. cap. 1. exclus.* — Quæst. 22. de *Clandestinis sponsalibus, &c.* tota deleatur cum summarijs, quæ quindecim ferme paginis continetur, à pag. 296. usque ad pagin. 311.

#### EX INDICE, DELEANTVR.

*Clandestina sponsalia secundum Pontificios, &c.* dele totum §. dele quoque sequentem §. — *Clandestinitas fere semper, &c.* — *Consensus parentum in sponsalibus, &c.* dele totum §. — *Germani olim litterarum, & religionis steriles, &c.* dele, & *religionis*. — *Pontifex electionis Imperialis formam, &c.*

Ex



EXQVÆSTIONVM IVRIS, TAM CIVILIS, quam SAXONICI, eiusdē Petri Heigij, parte posteriori. Cura, & opera Ludovici Perfon, typis Laurentij Seubertich, anno 1609.

